

Código doc: Sahagún1-159 (Auténtico) (Copia)

Edición: Mínguez Fernández, J. M. (ed.), Colección diplomática del monasterio de Sahagún, I: siglos IX-X, León, Centro de Estudios e Investigación "San Isidoro" (Fuentes y Estudios de Historia Leonesa, 17), 1976

Regesta:

Pleito en torno al monte de Cereceda entre el monasterio de Sahagún, que representado por fray Vestrimiro alegaba haberlo comprado, y la mujer e hijos de Vigila, representados por Garviso Iusvado, que reclamaban una parte por herencia. Después de que los dos representantes firmarán 'placitos' por los que se comprometían bajo pena a comparecer en León y presentar sus pruebas ante el obispo Gonzalo y jueces del rey en una fecha determinada, y dado que sólo lo hizo el fraile de Sahagún, los jueces otorgan a éste la propiedad disputada y dejan en mano regia el cobro de los cien sueldos que debía pagar Garviso por no comparecer.

SHG1-159

[Edición de J. M. Mínguez]

958, junio, 5-agosto, 13.

Pleito entre el monasterio de Sahagún y la mujer de Vigila en torno al monte de Cerecedo.

AHN, *Bec. Sahagún*, ff, 155r-v.

Agnicio de monte de Ceresito quod debet esse de Sancto Facundo. In era DCCCC LX^L VI^a orta fut intemptio ipsas nonas iunias inter fratres de Domnos Sanctos et filios de Vigila et sua muliere pro monte Cereisitu quod habebant fratres comparatum; pro quo monte petiebat mulier de Vigila solidos L^a pro medietate de III^a porcione que habebat Goto soror Braolii in ipso monte; et posuit mulier de Vigila Garvissi Iusbadi suo mandatori ut intedere ipsa voce in Legione in presentia domni Gundisalvi episcopi et iudicum regis; et posuerunt fratres vicario fratri Vistremiro pro ipsa voce intendere; et roboraverunt unus ab aliis placito ut presentassent suas personas; et frater Vistremiro suas cartas de ipsas comparationes VIII^o die post ingressum regis in Legione domni Ordonii serenissimo principi prolis Adefonsi; et fuit ingressio regis in urbe regia postquam fugavit illos mauros qui venerant cum Froila Vigilani ad regiam pennam, videlicet III^a feria post kalendas agusti; et venit ille Garvissus V^a feria in Domnos Sanctos ante kalendas agustas et adfirmaverunt ipsos placitos ad invicem ille et frater Vistremiro in presentia Todosii abbatis et Sigerico preposito ut sabbato veniente post ipsas kalendas agustas fuissent in Legione ante dominum episcopum et iudicum regis et qui minus fecisset pariasset c^m solidos a parte regia. Unde nos veridice profitentes, scilicet, Gundisalvus episcopus, Abaiub iudex, Abozekar iudex, Bello iudex, Birulfus presbiter, Melic presbiter, Hanni presbiter confirmamus et cum robore auctorizamus quia venit frater Vistremiro in nostra presentia tribus diebus ante placitum secundum demonstravit nobis scriptum et demoravit ante nos usque III^o die post placitum cotidie expectante Garvissum qui non venit ad placitum. Unde nos iam dictos iudices permisimus a fratri Vistremiro ad suum monasterium pergere et montem Sancto Facundo sibi vindicare et in perpetuum possidere; et illos c^m solidos de Garvisum relinquimus in regis potestate apprehendere.

Facta auctoritate ipsos idus agusti in ea era qua et placitum.

Gundisalvus episcopus legionensis confirmat; Abaiub iudex confirmat; Abozekar et Bello iudices confirmant; Ariulfus presbiter confirmat; Melic presbiter confirmat; Hanne presbiter confirmat.

¹ Vid. doc. núm. 139.